

Gerhardo anno ab incarnatione domini millesimo ducentesimo vicesimo, indictione octava, viii. kalendas septembris. (S.)

280.

Markgraf Dietrich, als Nachfolger seines Veters, des Markgrafen Konrad, bestätigt dem Kloster Buch die Erwerbung des Gutes Hohenkirchen. Grimma, 1220 [Januar—September]. 5

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 230 S., an grauen Zwirnsfüden, = Taf. III. 2.

Gedr.: Schöttgen und Kreysig, Diplom. 2, 175.

Ann.: Bucher Hand. Vergl. Posse, Lehre von den Privaturk. 24. Vergl. 131.

†: In nomine sancte et individue trinitatis. Theodericus dei gratia Misnensis et Orientalis marchio conventui fratrum in Bûch salutem in perpetuum. † | Deus iudex iustus, 10 fortis et patiens, qui nostris in infinitum provocatur excessibus, iam dudum super nos ire sue vibrasset gladium, si non eorum hominum propitiaretur precibus, quos de medio iniquitatum educens suis familiariter astrinxit obsequiis. Ideoque | nos pro nostri ratione principatus ipsorum per omnia paci ac tranquillitati temporali iustum est providere et, ne quis in eorum possessiones manus aliquando violentas iniciat, modis omnibus precavere. Notum 15 itaque tam presentibus quam futuris esse optamus, quo modo Gvntherus de Rochesbere predium, quod dicitur Hohenchirche, feodali iure de manu cognati nostri marchionis Cvnradi aliquanto tempore possessum eidem sponte resignavit, idemque predium, decem videlicet mansos cum ecclesia et cum foresto adiacente idem marchio fratribus in Bvch deo famulantibus libere contradidit. Hanc igitur donationem nos, qui iam dicto marchioni 20 successimus, eidem cenobio benigne recognoscimus, ipsamque recognitionem sigilli nostri appositione et ydoneorum virorum attestazione confirmamus, quorum ista sunt nomina: Meynherus prefectus Misnensis. Sifridus prefectus de Liznich. Albertus prefectus de Dewin. Heynricus senior et Heynricus iunior de Chorvn. Heynricus de Rideburch et Hartungus frater eius. Heynricus de Koldiz. Symeon de Dybene et Gebehardus frater 25 eius. Volradus de Landesberk et Cvnradus filius eius. Wolframms de Schellenberk et alii quam plures testes. Anno ab incarnatione domini millesimo ducentesimo vicesimo, indictione octava, acta sunt ista in civitate nostra Grymme; feliciter amen.

(S.)

281.

30

Bischof Friedrich von Halberstadt bestätigt bei der Einweihung der zum Kloster Kaltenborn gehörigen Kirche zu Helmsthal die Güter derselben, unter denen sich ein Wald befindet, welcher in der Nähe des Hofes Helmsthal gelegen und von dem Landgrafen Hermann, sowie von Gozwin von Sangerhausen dieser Kirche übereignet worden ist. Kaltenborn, 1220 [Januar—September].

Gedr.: Schmidt, Urkundenb. des Hochst. Halberstadt 1, 464 (nach Lentz, Diplom. Stiftshist. von Halberstadt 321). 35

— — Sunt autem hec bona. Illustris princeps dominus Hermannus Thuringie lantgravius partem silve curie in Helmesthal contiguam predicto loco contulit, aliam